



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. D. Magistri Petri Lombardi Novariensis Episcopi  
Parisiensis. Sententiārvm Libri IV. quibus vniuersæ  
Theologiæ summa continetur**

**Petrus <Lombardus>**

**Mogvntiæ, 1632**

De occulto iudicio Dei. B. C

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38829**

carere magna multitudine dulcedinis Dei, tam <sup>Aug. 1131</sup>  
 grandis tamē est pœna, vt ei possunt nulla tormenta, <sup>continuò in</sup>  
 ta, quæ nouimus, cōparari: si illa sit æterna, ista a. Enck,  
 sit quamlibet multis seculis lōga. Manebit ergo si-  
 ne fine mors perpetua damnatorū: & ipsa omnib.  
 erit cōmunitis, sicut manebit cōmuniter omnium  
 vita æterna sanctorum. Ecce ita afferit, hic pœnas  
 reproborum non esse finiendas, quod non impro-  
 bat, si dicatur eorum supplicio aliquod leuamen  
 adhiberi. Vnde non incongruè dici potest, Deum  
 etsi iustè id possit, nō omnino tantum punire ma-  
 los in futuro, quantum meruerunt: sed eis aliquid,  
 quantumcumq; mali sint, de pœna relaxare.

Determinat præmissas auctoritates. B

Quod ergo dictum est, iudiciū sine misericordia  
 fieri illi, qui non fecit misericordiam: ita intelligi  
 potest, q; iudicium damnationis fiet illi, qui nō fe-  
 cit misericordiam, pro eo q; fuit sine misericordia,  
 vel fiet iudicium ei sine misericordia liberante &  
 saluāte: qui tñ in aliqua pœnæ alleuiatione mise-  
 ricordiā Dei sentiet. Ita cum dicitur misericordia,  
 hic, iudiciū, in futuro: nō negatur, quin in futuro  
 sit misericordiæ affect⁹, & in electis, qui per mis-  
 ericordiā ab omni miseria liberabuntur: & in reprob-  
 bis qui minus quam meruerint, cruciabantur. Sed  
 hic non sine causa dicitur fieri de misericordia, &  
 iudiciū in futuro: quia & hic multis modis mise-  
 retur Deus, quibus non miserebitur tunc. Vocat n.  
 De⁹ nunc peccatores & iustificat, q; tunc nō faciet:  
 & tunc reddēs singulis secundū merita sua, mani-  
 festè iudicabit, qui nunc occultè iudicat. Cui⁹ oc-  
 cultum iudiciū, vt ait Aug. intelligitur pœna, qua  
 quisq; vel exercetur ad purgationē, vel mouetur  
 ad conuersionē: vel si cōtemnit, excæcatur ad dā-  
 nationē. Occultū ergo iudiciū Dei, pœna dicitur:  
 qua iudicat purgādo, conuertēdo, velexcæcando.  
 Iudicia quoq; Dei interdum appellantur dispēsa-  
 tiones

Luca 5, 6.

In Praef-  
tione, Psal. 9.

Rom. II. d  
Psal. 35.

Matth. 25. c  
rea, i. diuidentur localiter boni à malis ministerio angelorum: & isti in vitam ducentur, illi in supplicium mittentur, qui nunc simul mixti sunt.

Psal. 50.

Responsio.

tiones eius de omnibus rebus. Vnde, quām incoprehensibilia sunt iudicia eius. Et iudic a eiusa byssus multa. Iudicium a quo in futuro iudicabit, intelligitur sententiā iudicis, qua ventilabitura.

De iustitia & misericordia Dei.

Sed quomodo iustitiam Dei & pietatē, i. misericordiā supra Cassiod. duas esse res dix t. quæ semper adiūctæ sunt iudicio Dei? Iustitia n. Dei, & misericordia non duæ res sunt, sed vna res, i. vna diuina essentia est, sicut supra pluribus auctoritatib. ostēsum est. Quia non est Deo aliud esse misericordē, quam misericordiā: nec iustū, quam iustitiam: sed idē prorsus. Nec aliud est ei esse misericordem, quam iustū: vel misericordiam, quam iustitiam: sed omnino idē, quia nō denominatiuē, sed essentia hæc de Deo dicuntur. Cur ergo dicit Scriptura de operibus Dei, quædam esse misericordiæ quædā iustitiae? Si n. iustitia Dei, misericordia est: quæcunq; sunt opera misericordiæ, esse evidentur iustitiae, & ē cōuerso. His responderi potest sic, illis locutionibus, quib. huiusmodi operū fiunt distinctiones, vt alia misericordiæ, alia iustitiae, alia bonitati attribuantur: nō diuersitas subiacētis, i. re his vocabulis significatē exprimitur, sed varietas sensuū & effectuū in creaturis mōstratur. Cum n. dicitur Deus iust⁹ vel iustitia, essētia diuina prædicatur: & etiā q; ipse sit distributor & iudex meritorū, intelligi datur. Ita & cum dicitur misericors, essentia diuina prædicatur: & insuper quod ipse sit miserorū liberator, intelligi datur. Si mulier cum dicitur bonus, essentia diuina prædicatur. Et cum dicitur De⁹, & insuper auctor omnium bonorum ostenditur. Ita & cum dicitur Deus, essentia diuina prædicatur, & ipse timendus ostenditur. Inde ergo